

ter digitos pedum: in aliis vero non.
Anibus piscantibus collum est sicut arundo. id est linea piscationis. rostrum sicut hamus est.
Ale vesperionis membratiles sunt. i. de corio: z sunt distincte.
Delphin non habet sel: neq; cor.
Carentia fellis est causa boni caloris: nam vitur quibusdam superfluis ad iuuamentum.
Causa ventris est propter cibum: vt digeratur.
Quia homo est plaris intellectus super cetera animalia. ideo habet manus.
Danus non est instrumentus vnus sed multa: qz ea plus potest vii homo quam ceteris membris. z quam aper aculeis. ferra dentibus. vrsus vnguibus. z equus solea. z sic de ceteris.
Vigor pollicis equalis est vigori quattuor digitorum.
Operatio manuum est accipere z retinere. pedu vero sustentare z fugere.
Homo non habet caudam: nec vllam quadrupes habet andas quia ergo homo hz abbas cauda carnet.
Quadrupedia nata statim se erigunt: homo vero no ppter pondus capitis. qz ponderosus est suis inferioribus.
Virga virilis inter omnia alia membra crescit z diminuitur sine sui lesione.
Quintidicim de animalibus.
Cause naturale in rebz sunt forma: finis z efficiens.
Infinium natura respuit.
In prima etate z in seniori: z in infirmis non est sperma.
Boies valde natura pingues: raro generat.
Sperma est superflui nutrimenti.
Sperma mulieris no est conueniens generatiōi fetus non fit ex permixtione duozū spermatum: vnde z mulier impregnatur sine effusione spermatis z sine delectatione.
Mulier est conueniens ad generationem fin naturam menstrui z non scdm naturā spermatis: qd ipse mittit in coitu. ppter delectationem: quod vere est humidū: sed non est vere sperma: vnde nec omnibus mulieribus concipientibus accidit: vt semper eijciatur sperma.
Sperma non est generati pars: sed sicut mo-

tor z forma. vnde non potest dici: qz sperma sit pars concepti: sicut non pot dici qz carpentator sit pars materie ligne.
Omnis animal differens specie a generantibus naturaliter sterilis est: sicut mulus et burdo.
Et mare est principiu notus in generatione: semina vero est sicut materia.
Mas fin diffinitionem est qui pot generare in alio: femina vero que pot generari in se: vlt potius que generat ab alio.
Vir dat formam z principiu motus generato femina vero corpus in materiam.
Natura in coitu ex mare z femina facit vnus: ideo ex eis fit vnus.
Femina non generat per se: quia indiget principio motus quod est mas.
Castratorū corpus no solum exterminatur: sz etiā animus: adeo vt paru differt a feminis
Quando absciduntur testiculi cōtrahuntur venę superiores ad poros. z ppter homo animal castratum: no est aptum facere filios.
Sextidicim de animalibus.
Perfectius animalius est naturaliter id quod est maioris caloris: z humiditatis: z quod non est terrestre.
Calidū z humidum sunt cause vite.
Pars terrestris valde remota est ab animatiōe
Anima nobilitas est corpore: z animatū inanimato: z viuū mortuo: z ens non ente.
Anima nutritiua in concepto z in semine est potentia: sed non actu. z similiter anima sensitua est in eo in potentia: ergo est ipossibile vt anima nutritiua z sensitua utret in nos ab extrinseco.
Solus intellectus intrat in nos ab extrinseco z ipse solus diuinus est.
Cum sperma fit exit spiritus qui est virtus principalis anime z est separatus a corpore. z talis dicitur intellectus.
Calor solis sine aliorum planetarum z animalis est in spermate z i qualibet alia superfluitate nature.
Calor animalis nec igneus: ne igneus. quia calor animalis generat animalia ignis vero corrumpit ipsa.
Corpus animalium est ex forma. anima vero ex mare.
Anima est substantia. i. femina sustantialis cor-

poris.
Femina est mas occasione vel occasio data vel nata.

Quando homo fruitur vel fuerit multi coitus de bilitatur eius visus.

Caput creatur in generatione post creationem cordis

Natura est sicut rector et rector.

Genus mulorum totum sterile est.

Mula non generat omnino. quia non potest cibare conceptum quousque compleatur.

Possibile est ut mula impregnatur: sed raro est visum in tempore preterito. quia non potest cibare.

Embryo primo vivit vita plante: deinde animalis: postea hominis.

Decimi septimi de animalibus.

Quanto natura diminuit multitudinem: tanto augmentatur. in magnitudine
Ars excipit superfluum a corpore: similiter et natura.

Omne quod facit natura est secundum ordinem.

Natura humidior convenientior est in creatione quam terra.

Primum quod generatur ex membris est cor. Anis parvi cordis est multi coitus et multorum ororum. quia cibus transit in sperma:

Arbores que multum fructificant: cito desiccantur quia cibus earum transit in semen.

Qua non conveniunt conceptui sine scientie maris.

Qua animum duos habent colores. scilicet album et citrinum. ova vero piscium unum tantum.

Principium generationis pulli est ex albo ovum quia principium anime in calido est cibus autem est ex citrino. id est vitello.

Natura ponit avibus cibum in ovo. scilicet vitellum: quemadmodum animalibus lac in mamilla:

Generatio animalium ex sua specie est diversa. Quedam enim animalia generant animalia completa. ut animalia habentia soleas: quedam vero generant animalia incompleta. ut animalia scissipedis multa scissura. quedam generant ova. ut pisces quedam generant vermes: paulatim compelluntur in sua specie. ut a pes.

Accidit hominibus et quadrupedibus coitum desiderantibus ad tactum: et visum. subito

spermatizare.

Quod in animalibus est intelligentius magis habere sollicitudinem circa filios non est consuetudo quam aves solliciti sunt circa filios sed femine.

Decimi octavi de animalibus.

Natura dat operationem et instrumentum simul. quia non potest esse visus sine oculis nec oculis sine visu.

Omnia debiliora et meliora totum veniunt ad complexionem terram.

Sol facit estatem et hyemem omni anno.

Spacia impregnationis et vite animalium. sunt secundum revolutionem lune.

Viri multorum pilorum ad coras: et a parte inferiori. sunt multi coitus.

Civibus animalium non est nisi dulce: et valde digestum.

Quod est modicum cito digeretur.

Materia ex qua est generatio. est eadem cum materia ex qua cibatur.

Si homo habeat simul membrum maris et femine unum illorum est principale: aliud vero non principale.

Mulier et equa super omnes feminas diligunt coitum.

In hominibus citius formantur in ventre mares quam femine.

Femina est contraria mari naturaliter.

Animalia magni corporis unum generant filium. Parvi autem corporis multos generant filios: quia in magnis animalibus cibus massis in nutrimentum corporis. et modicum sperma remanet in eis.

Ex uno coitu spermatizabitur unum sperma et cum dividitur sperma multum: generabuntur filii multi.

Menstruum mulieri magis accidit in diminutione lune. quia illi dies frigidiores sunt aliis diebus mensis propter diminutionem lune

Femine debiliores sunt maribus: qui sunt frigidioris nature.

In animalibus generantibus multos filios: plures accidit filii masculini et maxime in avibus

Decimononi de animalibus.

Optimus est in conceptu in prima sua creatione: et non vigilia: sed non est vere somnus: sed res somno similis.

S